

Notas del transcriptor:

La edición empleada para esta transcripción es la publicada por la Biblioteca Virtual Cervantes, y puede consultarse a través de este enlace:

<http://www.cervantesvirtual.com/servlet/SirveObras/45701739761234984692346/index.htm>

Los derechos de la obra en cuanto a digitalización, tamaño de las imágenes y perfiles de color, numeración y paginación de los folios, así como la distribución de los índices y de las páginas en formato htm, corresponden única y exclusivamente a la Biblioteca Virtual Cervantes, aunque el contenido puede considerarse de uso público.

La presente transcripción se ha realizado sin afanes de lucro, y con intenciones didácticas, si usted hace uso del material contenido en este archivo y/o página web, indique la procedencia del mismo, haciendo referencia explícita a que pertenece originalmente al material encontrado en el sitio web de la Biblioteca Virtual Cervantes.

Los comentarios y anotaciones al pie de página, así como la distribución en formato pdf y htm, el perfil de color utilizado para manejar imágenes en blanco y negro, así como el uso de fuentes y tipografías encontradas en este documento, corresponden única y exclusivamente a las opiniones y responsabilidad del transcriptor, y en ningún caso deben atribuirse a la Biblioteca Virtual Cervantes.

Si usted necesita imprimir este documento, NO OMITA imprimir esta página, de otra forma, podría incurrir en alguna infracción a los derechos de autor y contenidos de su país de origen, y hacerse merecedor de la sanción correspondiente.

Se ha respetado en lo posible la ortografía utilizada por el editor del texto, que hace uso de símbolos especiales para facilitar la lectura, y economizar la cantidad de tipos empleados para la impresión de cada folio.

Lamentablemente, para los textos impresos en griego se utilizó una tipografía que entorpece sumamente la lectura, y hace que algunas palabras y/o pasajes enteros sean ininteligibles.

Para tratar de solucionar esta situación se optó por reproducir la impresión del original, optimizándola para impresión en blanco y negro, y ajustando los contrastes y el brillo. Si se quisiera consultar la inscripción original, recomendamos dirigirse al enlace proporcionado supra.

La fuente mayormente utilizada en la transcripción fue Garamond a 11 puntos, la biblioteca de símbolos de la misma, no contiene varios de los símbolos especiales a que se ha aludido supra, así, se ha optado por utilizar conjuntos de letras para reemplazarlos, tratando de ser fieles al texto.

Para estos casos, refiérase a las notas al pie, incluidas en el documento.

En el capítulo titulado “Imperatoria Maiestas” aparecen textos en cursivas rojas, corresponden a las anotaciones marginales que aparecen en los textos, añadidas por el editor original, y son las únicas que se han incluido en este libro.

La transcripción del libro XIX se terminó el día 01 de octubre del 2004.

Refiérase a esta nota para futuras revisiones y/o aclaraciones sobre esta transcripción electrónica.

J. Francisco A. Elizalde
México, Frontera Norte.
jfrac@prodigy.net.mx

<http://geocities.com/gregorovivs/pierio.htm>

Palabras Clave:

Pierio Valeriano, Ioannes Pierio Valeriano, Giovanni Pietro Bolzani, Hieroglyphicorum, jeroglíficos, egipcios, Aquila, Aqvila, Águila, Aguila, renacimiento, Liber XIX Hieroglyphicorum.

Liber XIX. ^[137][A] AD CLARISS. ABB. D. PAVLVM IV –
STINIANVM PIERIVS VALERIANVS,

de iis quæ per Aquilam significantur ex facris
Ægyptiorum literis.



Ummum ingenij tui acumen, fauissimi mores, incōparabilis benignitas & eximia in amicos omnes liberalitas effecerunt, Paule Iustiniane vir rarissimè, ve Aquilam tibi ex auario meo Aegyptiaco dedicare cogitauerim, quippe quòd tu alitis huius pleraq;ⁱⁱ, vt ita dicam, virtutes, aut excellentus naturæ dotes, præte ferre mihi compertus es. Sed potior nimirū causa fuit, quòd Iustinianæ familiæ gestamen est Aquila aurea, quia scilicet progeniem hanc ex Iustiniani Imp. Fanguine deduci omnibus est exploratissimum, celeberrimi illius inquā Imperatoris, qui Byzantij præcipuè claruit, & vniuerso præfuit Orienti: illi siquidem Aquilam insignis auream præferebant, qui orientis præerant: qui verò Occidenti, quod in hanc vsq; diem cōtinuatur, fuscam, bicipite autem vtranq;, sed vno tantū corpore conspicuam: quod hieroglyphicum erat, administrationem atq; potentiam in duos diuisas, [B] vnius tamen esse confilij atq; voluntatis. Ex ea vos progenie progressi, in Uenetamq; nobilitatem cooptati, regias virtutes ineffe vobis per ætates singulas testatissimū effecistis, Fabiorumq; Romanorum exemplo bello Hierosolymitano pro Christiana pietate cōtra barbaros fortiter dimicantes, in acie ad vnum cæsi, mox vno tantū, qui Uenetiis supererat, vitamq; cœlibem Deo vouerat, rogatione Senatus ad maritalem copulam compulso, reparata familia, ex qua breui pòst tempore tot illustrium Senatorum effulere lumina, Marcus Iustinianus, fumæ vir probitatis: Beatus ille Laurentius, sacra literatura scripsistisq; nobilis, sanctitate vitæ insignis, & primus Uenetiarum Patriarcha: Leonardus Diui Marci procurator, Græcis Latinisq; literis ornatus: adde Bernardos, Urfatos, procuratores ipsos quoq;, & honoratissimis legationibus functos, vltimum hunc infuper vigilantissimū clasis Uenetæ imperatorem: ætate verò nostra Sebastianum & Antonium literis & disciplinis eximios, qui legationibus: ipsi etiam ad fumos quoq; principes felicissimè administratis, patriæ charissimi, gentis huius splendorem offuscari minime permiserunt. Tuam autem hæreditariam illa à maioribus tuis acceptam probitatem, & à te studiofissimè cultam appellarem, quam Uenetæ prædicant, admirata est Patauium, Gallia nouit vniuersa, & vbiubi literarum studia florent, omnes gestiunt celebrare: sed de re omnibus manifesta, ne actum agam, néue modestiam offendam tuam, qui maus probus esse, quàm vide[C]ri, longios non ero. De te verò quid sentiam, quid reliqui fumis laudibus efferant, non tibi, sed seculis spero me aliquando in propatulo profiturum. Nunc ad Aquilam aggrediamur.

DE AQUILA.



QVILA, vt hinc exordiar, non temerè cognomento Romana meruit appellari, cū nulla ferè fuerit in vniuerso terrarum orbe pars, quæ daretur accessus, quam auspiciatissimo ductu Romanæ non subiecerit autoritati. Quamuis non sum nefcius, Perfas multò ante Romanos auream Aquilam pennas extendenti similem facrafse. Huic autem vni aliti, ætatum & aruspicum omnium confensu, id honoris datum vt magnarum rerum prosperi femper euentus significatione, auspicia faceret, Buteonem, Sanqualin,

ⁱ Cada folio del libro contiene dos páginas, en la primera se anotó en la parte superior derecha el número, y contiene los marcadores A, B y C, mientras que en la página posterior, se incluyen los marcadores D, E y F. La numeración aquí empleada se basa en el siguiente formato: 137 seguido de una coma, y un marcador, indica la primera página (p. ej. 137,A), y 137-a indica la página posterior, que no incluye paginación numeral explícita. (Nota del Transcriptor).

ⁱⁱ Los conjuntos de letras ‘q;’ y ‘q;’, representan los símbolos ¶ y ¶ respectivamente, que no se encuentran en el catálogo de tipos incluidos en la librería perteneciente a la fuente ‘Garamond’, empleada en la escritura de este documento. (N. del Trans).

Immufculum ac Vulturium longè anteiret, reliquarum verò volucrum oftenta, quæcunque oblata effent interuētu fuo aboleret, neq; per aërios tractus omnes, vlli cederet, quàm fulmī^[137-a]ni. Cùm verò aufpicia portètaq; omnia ferè fimiles quafdam habeant significativa^[D]tionones cum Ægyptiorum hieroglyphicis, & manifefta inter fe germanitate confentiant, non ab re fuerit in aquila primùm auguria, mox hieroglyphica percurrere, vt hoc honoris ei tribuatur cuius eft in auguriis prærogatiua.

RERVM PROSPERITAS.

PRæcipuum itaq; eius fignificatum eft, vt oblatam diuinitùs proferitatem oftendat: quod iam inde initium fumpfit, quòd Anacreon autor antiquiffimus fcribit, Iouem aduerfus Titanas profecturū, facrificium Cælo feciffe, Aquilæq; volatū profpero ei aufpicio victoriã portendiffe: quæ cùm fubfecuta effet, infigne bellicum auream inde Aquilam geftaffe. In huiufmodi autem auguriis id veteres obferuabant, vt quo geftu Aquilã fpectaffent, magni dicerent intereffe. Nam fi volentem confpexiffent, fuatiffimum & citra puluerem augurium putabant, vti Arexion Parrhafuis inducauit Xenophonti expeditionem in Bithynos agitantī. Sin verò fedentem animaduertiffent, magnum omnino effe augurium, præclaræq; rei alicuius indicium, in qua tamen præagenda laboris plurimū effet adeundum propterea quòd fedentē Aquilam aues reliquæ infeftare ^[E] confueffent: cuiufmodi augurium eidem Xenophonti tunc oblatum eft, cùm Ephefo ad Cyrum iter arripere: dexterè enim Aquilæ, quæ fedebat, obuiam factus, futuræ celebritatis, magno tamen labore comparande, vt poft modū probauit euentus, omen accepit. Nimirum autem illud in Aquila præcipua admiratione dignum eft, quòd vna omnium animantium idem apud gentes nationesq; omnes femper indicarit, cùm plæraq; alia ita vel populorum vel gentium certarum propria fuerint, vt quanto huic vel illi feliciora portenderent, inaufta aliis & ærumnofa magis minitarentur, quæ locis quæq; fuis toto opere cōmonfrantur. Verùm Aquila cui non femper proferita felixq; fuit. Quæ bella vnquam hominum memoria depugnata funt, in quibus illa fuerit otiofa, fue quis Affyriorum, fue Medorum, fue Perfarum hiftorias percurrat, fue Græcorum, atque adeò Macedonum monumenta, resq; præclare geftas memorauerit, fue Romanorum, qui mox omnium excepere gloriam famam celebritatemq;, & fublimum felicitatis apicem, admiretur. Apud hos autem quid vnquã Aquila frequentius. quid honoratius. auid vnquam facratius fuit. Sed vt ab externis ordiamur, quanta illud admiratione dignum, quòd Aquila currus Gordij pau^[F]peris alio qui viri iugo per totum diem infedit, vnde Phrygiæ regnū Midæ eius filio præmonfratum. Vel illud potiùs, quod cùm apud Argiuos Heraclidarum familia defeciffet, ex qua Regè eligere mos illis antiquitus fuerat, quis Rex creari deberet per oraculum fcificantes, refponfum acceperūt, Aquilã id oftenfuram: paucisq; admodum pòft diebus, Aquila fupernè delapfa fuper Ægonis domo cōfedit, atq; ita omnium confenfu Ægon Rex creatus. Hieroni quoq; Siculo admodum adolefcenti, priuatæ fortunæ homini, Aquila, quæ primo bello quod iniit, in eius clypeo refedit, Regemq; eum aliquando futurum indicauit. Vulgatiffima ea funt quæ de Tarquinio Prifco memorantur, cui Romam migranti Aquila pileum ex itinere abftulit, futuri, vt Tanaquil vxor interpretata eft, principatus augurio. Quin & Diadumeno Macrini filio in agro ambulati, aqui^[138,A]la pileū abftulit, quæ in capite cuiufdã regiæ ftatue depofuit, id honoris arufpicibus adolefcenti pollicentibus. Et quoniã in noftro deuenimus, C. Marius cùm nidū Aquilæ cum feptè pullis puer adhuc in agro reperiffet, eūq; gremio fufceptum ad patrè detuliffet, is admiratione motus, confultis arufpicibus, fepties penes filiū rei fumã futuram accepti, quòd in tot, quos gefit, confultatibus apparuit, quos eo numero primus omniū affectus eft. Quãuis Plutarchus, Romanarum quodãmodo hoftis hiftoriarū, rem ideo fabulofam exiftimat, quòd autores tradant Aquilã nō vltra duos parere, tametfi Mufeus dixerit ab ea tris excludi, vnum ali, duos abdicari. Cui refpōderi poteft, id oftēto feciffe fidē, quod & patri admirationē incufferat, præter morē feptem genitos: illi enim portētofi partus Varroni noftro funt, qui longè morē excedunt, vti porca quæ triginta capitum fœtus enixa, Æneæ auguriū dedit. Ceterū, quod ad numerū facit huiufmodi, Albino etiã feptima poftquã natus eft hora, cōuiuio quod eius celebritati deputabatur, cùm ei fierēt nomina, feptè Aquilæ paruulæ de nidis allatæ funt, & quafi ad locū circa cunas pueri cōftitutæ: quod omē pater eo procliuius ad^[B]mifit, qpⁱⁱⁱ rariffimū eft in illis regionibus vbi Hadrumentū, huius natale folum, in Africa, videre Aquilas. In huiufmodi oftentū accepti Octauianus, quòd fibi ad quartū lapidem Campanæ viæ in nemore prandenti, Aquila ex improuifo panē de manu rapuerit, cūmq; altiffimè volaffet, rurfus ex improuifo



ⁱⁱⁱ El conjunto de letras ‘qp’ sustituye al símbolo ^ϕ, idem.

leniter delapsa reddiderit. Eadē nunquā antea Rhodi cōspecta, ante paucos dies q̃;^{iv} Tiberius inde reuocaretur, felici admodū aufpicio in culmine domus eius affederat. Et Claudij, qui diu inter ludibria aulae fuerat, sub Caio demum fratris filio confulatū adepti, quā primum cum fascibus ingreffus est forū, præteruolās aquila dexteriore cōfedit humero, indicio futuri apud eum Imperij manifesto. Acie autē Bebryacensi, priusquā cōcursum effret à militibus, Aquilæ duæ in conspectu omnium confligere, victaq; altera tertia subuenit à folis ortu, quæ victricē abegit. Ita duob. inter se decertantibus Imperatoribus Vespasianus, qui Orienti præerat, rerū potitus est. Quin & maximo, qui turbulentissimis Reip. Temporibus Imperator electus est à Senatu, ut Maximi obuiā iret crudelitati, quamuis humillimo genere nato, patri quippe plebeio homine, arte ferrario, ut alij dicunt carpentario, aufpiciū imperij dederat Aquila, cum eo nato carnē bubulā & qui[C]dem multā in eius cellā proiecisset, quæ angusto patebat impluuiō: eam deniq; cum iaceret, nec quifquā auderet attingere religionis timore, iterū fuftulit, & in proximū facellum, quod erat Iouis Præfritis, detulit. Eadem oftento huiusmodi infantē adhuc Aurelianū vinctum fasciola sine vlla noxa de cunis fuftulit, & in aram quæ iuxta facellum fortē sine ignibus erat, depofuit. Verūm hæc temere fortē accidere potuerunt, cum nulla non die ignobilissimis etiā viris Aquilæ fefe oftentent, & his etiam admirabiliora nonnunquam faciant, quorum tamen nemo vllam affequitur celebritatem. Oftenta in illis obferuata, quod eorum qui ad aliquā rerum amplitudinem euehantur, dicta factaq; omnia quantumlibet leuia repetuntur, & oraculorum instar in acta referuntur. Sed demus hoc contentiofis. Illud puto non negabunt, alicuius effe momenti, quod Aquilæ gerendis rebus tam fæpe se duces exhibuerint, & quafi diuinitus missæ, vel quid agendum oftenderint, vel quò res euafuræ effret præmonuerint. Cum natus effret Alexander Macedo, Aquilæ duæ tota ea die præpetes supra culmē domus infederunt, omen duplicis Imperij, Europæ Afriæq; præferentes. Ea autē quæ à claffe in continentem progrefsa, ibiq; firmata, augurio fuit, Perfæ terra, non [138-a] mari debellandos effret, Alexandri ipfius interpretatione, fecus quàm Parmeno [D] fentiret. Et difficillimo eo prælio, quod cum Darianis apud Arbella cōmissum est, quo nullum vnquā acrius inter eos fuit, Aquila paululum supra caput Alexandri placidè volitare vifa, nec armorum fonitu, nec gemitu clamorē vllō morientium territa, diuq; circa equum ipfius regis pendenti magis quàm volanti fimilis apparuit, præfagio, vel indicatione potiùs, quò res euafura effret manifestissima. Augurium huiusmodi legas apud Tacitum Fabio Valenti oblatum. Cum is exercitum in bellum ageret, ipfo profectionis die quilam leni meatu, prout agmen incedebat, veluti ducem viæ prouolaffe, longumq; per spatium, nullo gaudentium litim clamore, augurium accipientium, & alitem faluere iubentium, terrefacta, ita iter continuaffe, ut haud dubiè magne & prospere rei omen acciperetur. Eiusmodi aufpicij lætitiā Vitellio fuit, copias aduersus Othonem præmittenti: siquidem à parte dextera repente Aquila aduolauit, lustratisq; signis, ingreffos viam fenfim antecessit. Et memorabili ea pugna, qua Locrorum XV. millia tantum, ducenta & viginti millia Crotonensium profligarūt, qua pugnabāt parte Locri, Aquila ab acie nunquā recessiffe fertur, eosq; tādium quo ad [E] vincerent circumuolaffe. Quid, quæ Deiotaro Regi augurium dedit, ex itinere diuertendum. cui ille obfecuturus cum effret, conclauē mox illud, vbi Res manfurus erat, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Eadem Mario reditum cum fumma gloria triumphabūdum pollicita est, cum anguem arreptum vnguibus dilaceraffret, et in aquas abiecisset, & occafum inde verfus abuolaffret: quæ Cicero luculentissimis carminibus in Mario decantauit.

IMPERATORIA MAIESTAS.

OMnibus igitur nationibus et gentibus Aquilam in oftētis Imperij magnitudinem portendisse multis exemplis apparuit. Cæterum cum multæ sint Aquilarum species, eam Ægyptij facerdoes in regio hoc significato deligebāt, quæ a nigricanti colore fulua potest appellari: huic enim Rex deorum Iupiter, regnū, ut Horatius ait, permittit in aues vagas: in ea regie virtutes omnes elucefcunt, quippe quæ viribus omnium præstantissima, vna fœtus fuos alit atq; educat, vna pernix, concinna, polita, apta, intrepida, ftrenua, liberalis, minimè inuida, minimè petulans, verum quadam etiā modestia prædita: ea non clangit, non lippit, nō murmurat, fed regios deniq; mores, regiam profus maiestatem in o[mn]ibus imitatur. Quinetiā inuenias homines eo nafo præditos, cuiusmodi Aquilæ rostrū est, pro regis estimari folitos; quod Plato tradit, & Plutarchus receptū afferuit: Perfæq; hominum id genus mirum in modū cōmendabant: eiuusmodiq; fuiffe Cyrum historiarum autores

^{iv} El conjunto de letras ‘q̃;’ sustituye al símbolo Φ , idem.

tradunt, atq; ea se specie factū gloriari solitum. Sed quoniam rostri ἀγρῶου^v, illud est quod isti regum existimant, animaduertendū duplex esse τὸν γρῦπον^{vi} genus: vnum, cui à fronte statim natus infugit, id impudentis animi signum ponit Aristoteles, similitudinemq; eam ad corum proprius accedere: alterum, cui nati curuatura reparatur à fronte, circaq; medium intumescit, & in vni speciem exit. Hoc esse magnanimitatis indicium, & ad Aquilam referri, Philoponus idem tradit. Merito itaq; Pyrrhus quoq; multis à se rebus magnificè præclareq; gestis, Aquilæ cognomento plurimum gaudebat: quanquā ea erat modestia, ut non omnem sibi rerum gestarum gloriam usurparet, sed bonam eius partem in milites transferret. Nam cum aliquando rebus bene gestis domū rediisset, illumq; milites Aquilam appellarent: Per vos, inquit, Aquila sum, qui vestris armis veluti pennis fubleuor. Vidimus eius num[139, A]mum, in quo Aquila cum fulmine sub pedibus iacente, & ramis duobus quernis in coronā flexis, cum inscriptione Dorica, ΑΡΕΙΡΩΤΑΝ.^{vii} ab altera parte caput est, quod alij Iouis, alij Pyrrhi ipsius esse dicunt: nam inscriptio Epirotarum videtur ad Regem spectare. Querna verò corona, quæ apud Romanos hieroglyphicum eius est qui ciuem feruarit, in hoc numo glandes Chaonias & oracula Iouis dodonæi significare potest. Apud Pindarum legas Aquilam ita volucrum reginam ab Ioue declaratam, veluti Delphinum piscium, vtriusq; pernicitate genus omne suum exuperante. Hinc idem ait, Aquilam in sceptro Iouis præfigi solitam. Neq; verò mirum, Pindarum vgiq; honoris tantum Aquilæ tribuisse, cum Aquilæ apud Thebanos non aliter inter numina colerentur, quam Cynocephali, Crocodili, & alia quedam bruta apud Ægyptios in cultu fuere, &, ut fumes passim totis his Commentarijs oftenfuri, pro dijs habita.

Cum igitur Imperatorem atq; regem Aquila describeret, eorum etiam iustis dedicabatur, qui filijs superstitibus decedebant: eos enim in[B]ter diuos referre mos erat: cuiusmodi more Herodianus in Seuerianis iustis latissimè profectur, ex quibus Aquila, simul ac ignis pyræ subiectus effert, ex intimo fuggestus tabernaculo emittebatur, quæ Principis animam in cælum refere videret. eamq; in numismatis videre est, nonnunquam cum spolijs, nonnunquam cum fastigio: sic enim fuggestum illum, in quo cadauera principum cremabantur, Cicero videtur appellasse, cuius formam apud Herodianum legimus, & in plerisque numis conspiciamus. Vtique adeo verò sunt Imperatoribus Aquilæ dedicatæ, ut ne in extremo quidem vitæ eos deferuerint, deq; cælo, quibuscunq; modis possent signa dederint, si qua possent ad salutem via præmuniri. Nam eidem Imperatori Seueri signa mortis attulerunt Aquilæ quatuor, à quibus sibi visus est per nocturnam imaginem in cælum rari. Et Octavianum Augustum, cum iustrum in Campo Martio magna populifrequētia conderet, Aquila sæpius circumvolauit, transgressaq; in vicinam ædem, super nomen Agrippæ ad primam literam fedit: unde aruspices interpretati sunt, eum paulo post moriturum: quod haud ita multo post euentus comprobauit. Videre autem est in numo, cuius inscriptio est DIVI AVGVSTI PATRIS, Aquilam igni subiecto, quod ego ad iusta eius retulerim quamuis nonnulli sacrum esse putant, propterea quod Imperatoria, quæ Græci Hecatomben appellant, ex centum leonibus & centum Aquilis celebrata fuerint ab aliquot Imperatoribus, & à Græcis etiam, quod tradit Iulius Capitolinus in vita Maximi & Balbini. Sed nihil hoc ad Augustum, de quo nihil tale memoriæ proditum. In numo cuius inscriptio est, DIVVS PERT. PIVS PATER, Aquila est pilæ infidens, quasi eum supra cæli convexa sublatum esse velit innuere: nam altera inscriptio est, CONSECRATIO. Atq; hæc in diui M. Antonini Pij numis multipliciter habetur, nonnunquam cum fulmine, nonnunquam; etiam Antoninum ipsum inter alas gestans, nonnunquam; verò cubicularem lectulum in cælum tollens, cum inscriptione, CONSECRATIO. Qui Bellunenſi in agro reperiunt argentei, ex vno latere pulcherrimum ipsum Antonini caput habent cum inscriptione[139-a]ne, DIVVS ANTONINVS, ex altero Aquila aræ rotundi ambitus infidens[D][Vespasiani.^{viii}]tem: Inscripção, CONSECRATIO. Verum etiam in Vespasiani numo Aquila est quæ pilam gestat, atq; in eiusdem alis tabernaculum corymbis & fertis

APOTHEOSIS.



^v De difficil lectura. En el original: ἀγρῶου.

^{vi} γρῦπον, idem.

^{vii} ΑΡΕΙΡΩΤΑΝ.

^{viii} Los textos en cursivas rojas pertenecen a las notas marginales que aparecen en el libro.

redi[Hadriani.]mitum. In Hadriani numis aliquot, Imperator ipse sceptrum ab Aquila recipere videtur, quasi illi bene Ioue delatum esset Imperium, quod & inscriptio declarat, [Sabina Augusta.] PROVIDENTIA DEORVM. In numo diuæ Sabinæ Augustæ Aquila est cum fulmine, & inscriptione, CONSECRATIO. quamuis in fœminarum iustis Pauo, non Aquila, est adhiberi solita, de quo in Pauonis commentario.

REX PIUS ET MISERICORS.

Sed iam nos appellant Aquilæ virtutes, illaque in primis, quod pium & misericordem Regem, Qui scilicet Victum & necessaria inopibus erogat, ostendere qui volunt, Aquilam eam proferunt, quam à vigore, quo egregie prædita est, Ofsifragâ appellant: ea enim pullos, quos sub aquila, vel montana ciconia, inuida illa inquam & famelica, quâ Græci *ἰεραυλάρις*^{ix} nostri aliquot vulturinam Aquilam nuncupant, nido eicit, parentis adhuc operam defiderantes, cum volandi facultatem nondum adepti fuerint, ad se recipit, atque educat, benigneque tuetur, [E] dum quantum fati sit adoleuerint.

BENIGNITAS.

Quæ quidem mansuetudo fecit, ut iuniores (nam apud Ægyptios cõmentum huiusmodi non inueni) si benignitatẽ comodissimo hieroglyphico explicare vellẽt, Aquilã cum alia quavis alite ex eadẽ olla cibũ capientẽ fingerent. Sed quoniam in Aquilæ benignitatẽ incidimus, missum illud facere non possumus, quod admiratione dignũ apud Plutarchũ legi, ut si cui argumentũ placuerit, totius hystoriæ scenã sibi pingendam curet. Cũ pestis olim Lacedæmona exhauriret, oracula monuerũt mali vim cessaturã, si quotannis nobile aliquã virginẽ immolaffent. Obsecuti Lacedæmonij, oraculi fidẽ approbauerũt. Fortẽ verò euenit ut Helenæ fors obtigerit, quæ cum mactanda duceretur, Aquila deuolãs sacrificuli gladium abripuit, & ad armenta delatum super iuuentã demisit: cuius prodigij argumento *ἰεραυλάρις*^{xi}, id genus sacrificij sublatũ est, quod memoriæ prodidit Aristodemus. Idẽ olim euenisse Romæ in Valeria Luperca, & eadẽ de causa, tradit Aristides Italicarũ rerum volumine decimonono, quem idem Plutarchus citat. [F]

Crates verò Pergamenus, quod & Stephichorus Poëta poemate profecutus est, hystoriã ab eiusmodi beneficentia non abfimilẽ recitat. Nam cum decẽ & sex mœffores quendã è focijs aquatũ missiffent, reperit is apud fontẽ serpente, qui cõplexus Aquilam arctiffimis eam spiris implicitã suffocabat. Ille ut falce mœfforia armatus erat, audacter progressus, ferro serpẽtem diffecuit, Aquilã liberã abire permittit: comque hausta in vnam aqua redijffet, focijs fingulis poculũ miniftrauit: mox cum & ipse quoque bibere vellet, præsto adfuit Aquila, quæ poculum ab ore dispulit eiectũ procul: dumque mœffor factum miratur, & Aquilã, quam probẽ nouerat, increpat, eamque apud focios ingrati animi ream agere meditatur, vij[140, A]det eos & hic & illic concidentes vitam exhalare, vnde simul & aquam, quã illi biberant, veneno infectam, & se periculo subductum intellexit, beneficiumque in volucrem optimẽ collocatum, manifestiffimẽ cognouit.

RELATA GRATIA.



CONVICIORVM CONTEMPTOR.

Quantum verò illud est, & verè regium quod Aquila est cõuiciorum contemptrix: Vnde nonnulli cõmenti sunt Aquilã figurare ftatu immobili cõfidentem, nulla pennarũ asperitate terribilem, neque hiatu rostri minacem: iuxta hanc cornicem fummittere, eo gestu, ut & laceffere, & couicia facere videatur, si conuiciorum contemptorem hieroglyphicẽ referre voluerint. Cornicẽ enim aiunt folere Aquilã laceffere, & in certamẽ quodammodo prouocare: illã verò non plus cornicis couicia & importunitatem facere, quàm elephas culicem.

^{ix} Sic, en el original, ininteligible.

^x El conjunto de letras ‘qm~;’ sustituye al símbolo *qm̃*, vid. supra.

^{xi} Sic, en el original, de difficil lectura.

qui fublimia quidē perfcutari vdeantur, cœli quippe motus & rationē, ftellarū fitum atq; naturā, quæ'q; fuperioribus in elementis igne & aère fiunt varietates, cōtemplationi vigilijs'q; non fua tantū caufa, fed aliorū etiā infitutionibus dediti, vita tamē & impuri fint & malefici, dum vel infidias lijs intendūt, vel fordida quæq; cōuenantur, fuarū ita rerū fatagentes, vt ad cōmoditates fuas omnia cōtrahāt, inexplēbili'q; auaritia æftuantes, nō fuis tantū fruantur, fed imbecilliorū quoq; bona diripiāt, qualē Hieronymus notat lib. de Viuendi forma ad Rufticū monachum, fuper eremita quodā, qui publicas priuatas'q; eleemofynas in fuum & fuorū tantū vfum verterat. Ita enim fcribit: Vidimus & planximus Crœfi opes vnus morte deprehēfas, vrbis'q; quafi in vfum pauperum conragatas, firpi & pofteris derelictas. [F]

MALVS DÆMON.

Non imperitē igit Aquila diuo Gregorio malignus eft fpiritus animarū raptor. Vt verò ea quæ de perniciofa dominatione dicta funt, quæ omnia ad mūdi huius principē accōmodari poffunt, iam prætereamus, habet & hoc proprium Aquila quòd pifces ab alto aère cōfpicata, eos præcipiti curfu delapfa rapit. Pifces verò animarum hieroglyphicum effe, dictum Commentario fuo.

PRINCEPS SIBI TANTVM STVDENS.

Adiungunt ad hæc Ægyptij facerdotes, Regem rerū tantū fuarū fatagentē, neq; aliorum incōmoda calamitatēve miferantem, per quā propofuiffent Aquilā oftendi, eam quippe in aftruendo nido folicitā: illa fi quidē in folis excelſis, arduis & præcipitibus locis nidulatur, & omnino longē fublimius volat, q~; volatilia reliqua. Hinc fit vt ab aliarū auīū confotrio atq; confuetudine feffe abducere videatur, qui quidē plerifq; Regibus mos eft, qualem in Hadriano fexto Pont. Max. viro Batauo vidimus, qui humanā omnem confuetudinē ita auerfabatur, vt nō nifi propria vel vtilitate vel neceffitate cogente, fui vidēdi copiam faceret. Quòd fi, quod rarò admodū vidiffes, fpatium in fubiectos Pontificio [141, A] palatio campos obequitaret, nullis accitis comitib. Nullo, vt Pontificū mos eft, æris tinnuli fignodato iter arripiebat: fimulac principes, antiftite'q; & cohors reliqua ex officio affecuti efsēt, equū ipfe, nullius falutationē moratus, citatio regreffu perurgebat, confpectum'q; omnem hominū, tanq~; nihil ad fe eorum ingeniū pertineret, effugere properabat, féq; in intimas palatij latebras occultabat.

PRÆ FAME MORIENS.

Quòd fi hominē eo mortis genere periturū, quod Homero Platoniq; omnium eft miferimū, ijdem fignificare voluiffent, hieroglyphicū habebant Aquilæ, cuius roftrū effe enormiter in curuatū: fenefcentibus enim Aquilis roftrum fuperū accrefcit adeò, incuruatur'q; fubinde magis ac magis, vt nulla demūm aperiendi data copia, inedia plerunq; deficiat & extinguat. Hinc illa in bibaces, Aquilæ fenectus, exprobratio: quippe quæ amiffa edēdi facultate, humorem afsidue forbillare cogitur, vitam'q; aliquandiu pertenui ea ope protrahere. Ac, ne vfquam defint Græcorum fabulæ, commenti illi funt fuiſſe olim hominē, qui hoſpitem affeciffet iniuria, proinde'q; deorum ira in Aquilam cōmutatum, [B] in'q; fceleris pœnam eo affectum malo vt fame confumeretur.

IVVENTVS RENOVATA.

Addunt alia quædā iuniores, vt illud ex Pfalmo interpretentur, Renouabitur vt Aquilæ iuuentus tua: quod nefcio cur nōnulli legunt, Ruocabitur, com Græcè fit ~~ἀναγεννηθήσεται~~.^{xv} Diuus Hieronymus Aquilā ait, vbi cōfenerit, pennis fupra modū grauari, edeo'q; fontem ab ea quæri, cuius afpergine pennas egerat, quibus leuata calorē intra fe colligit, fanariq; tum primūm oculos, mox ab immerfatione in iuuentam redire. Eucherus Aquilas ait vi nimix fenectæ implumes fieri, & nido relatas à pullis fuis vicifsim miniftrātibus pafci, donec deterfo fenij veterno, cū pennis volandī etiā vfum recipiāt. D. Auguftinus Aquilam ait fenio grauatā roftri immodicè crefcentis aduncitate eò redigi, quod paulo antè dicebamus, vt nec os aperire, nec cibum vllo pacto capere poffit: impulfam itaq; naturē vi collidere roftrum ad petrā, cuius attritu excuffa ea parte quæ redundabat, ad cibū redire, atq; ita ex eo fenio reparari, vt omnino iuuenefcere videatur. Noſtri petrā loco hoc Chriftum intelligūt: pro'q; rofthro obunco, pra[C]uitatis peruerfitatis'q; opera, qp Phyfiognomici eius figuræ nafum, vt fuperius dictum, iracundiæ & rapacitatis indicium effe colunt: huiufmodiq; homines auaros plurimū alieni appetētes, & vltionis ftudiofos inueniri. Vitia verò hæc nō alia excuti ratione, quàm per Chrifti difciplinā queūt, atq; ita pro iuuentutis renouatione animi depurationē intelligunt. Corpus enim noſtrū ab adoleſcentia pergīt in fenium, verū anima fapientis, pij probati'q; viri, à fenecta in adoleſcentia trāfmittit, atq; ita homo hic exterior flacceſcit, & deficit in dies, interior verò eo magis

^{xv} Sic, inintelligible.

vigescit ac renouatur, quo diutius in iusti honestiq; meditatione exercitioq; vitā degit. Tale aliquid apud Platonē inuenias, dicente Socrate: Tunc fanæ mentis oculus acutè cernere incipit, cùm corporis oculus incipit hebecere.

APOSTOLI.

Quod verò legitur Euangelio Matthæi, Vbi fuerit cadauer, illic & Aquilæ cōgregabunt: per cadauer Adamantius Dominicę pafsionis myfteriū interpretatur, per Aquilas Apoftolos, de quibus etiā dixerit Efaías: Affumēt pennas ficut Aquilæ, & current, & nō laffabunt, & ibunt, & nō efuerint: fue vt alibi legitur, Currēt & nō laborabūt, iter faciēt, & non laffabunt. Huic interpretationi adftipulatur etiā Eucherius, qui loco hoc Euāgelico pro Aquilis factas ani[141-a]mas accipi tradit: & Salomonicū illud, Via Aquilæ cælum, de Chrifto afcen[141-d]fu intelligi debere cōtendit. Quòd fi ad eruditionem hanc profana etiam adiungere liceat, Antipatri memorabile fertur epigramma, fue illud Speufippi fuerit, in Platonis fepulchrum, quem vt diuinū antiquitas vniuerfa venerata eft, cuius ille animam ad fepulchrum è cælo allapfam in Aquilæ fpociem agnofcit:

Αἰετὶ, τὸ τῆς βίβλου ἐπιπέσει τὸ σῶμα, ἢ τὸ σῶμα, ἐπιπέσει
 τὸ σῶμα τῆς βίβλου ἐπιπέσει τὸ σῶμα, ἢ τὸ σῶμα, ἐπιπέσει
 τὸ σῶμα τῆς βίβλου ἐπιπέσει τὸ σῶμα, ἢ τὸ σῶμα, ἐπιπέσει
 τὸ σῶμα τῆς βίβλου ἐπιπέσει τὸ σῶμα, ἢ τὸ σῶμα, ἐπιπέσει.

xvi

Cur Aquila ad tumultum hunc volitas dic: nuncquid ab aftris

Hic habitare Deum fortè aliquem intuita es?

Imò anima extincti fum diua Platonis, Olumpum

Quæ colo, sed corpus terrigenum Attica habet.

INGENIVM VELOX.

Pindarus & alij plerifq; locis, tum præcipuè Nemeis, ingenij promptitudinē & velocitatem per Aquilam oftendit, fumpta ab eo cōparatione, qp prædam [E] etiam valde procul diftantem mira pernicitate nancifcatur, vifuq; ita polleat, vt profundifsima quæq; profpexit; quæ omnia ingeniorum acumini funt accomodata. Idem cùm Bacchilidis & æmuloꝝ fuoꝝ gloriā eleuat, coruos illos, fe vnū Aquilam iactat, qp promptifsimo ingenio nihil non concipiat quantumlibet arduū, & à terra mariq; remotū, mox & ftily velocitate quæconq; cōceperit affequatur. Ad huiufmodi rerum amplitudinem alludere mihi videtur Ariftophanes, Auibus, cùm Athenienfibus aut adulaturus, aut eroum fpes inanes elufurus ait, *αὐτῶν δὲ κερκίλῳ τῆς ἀίας.* xvii Nimirum enim oraculum acceperant Atheniēfes, fore vt tâto vrbes reliquas poft fe interuallo relinquerēt, quāto Aquila reliquas aues volatu fuperat. Et Sofitheï dictum illud celebre fuper vi eius impetuofa:

Ἐξ μέρους ἀφ' ἧς ἀπὸ τοῦ ἑσπέρου
 ἕνα κερκίλῳ τῆς ἀίας.

xviii

Una Aquila innumeras exagitabit aues.

NILVS.

Atque Aquila hac quidem de caufa Nili fluminis hieroglyphicum in facris Ægyptiorum literis habita: quoniā enim Nilum perniciter currere, tantaq; [F] profunditate infurgere obferuatum eft primū Prometheus tempore, eam enim fuiſſe Aquilam nonnulli tradunt, quæ Promethei cor difcerperet, quippe cùm caufas incrementi perueftigare non poſſet, ab Hercule demū Aquilam cohibitam, qui fluminis impetum partim aggeribus, partim foſſarum deriuo coërcuerit. Prometheaq; omnes exundationis caufas edocuerit. Inter autem vetuſta Nili cognomenta A Q V I L Æ nomen inuenias, quod nomen à colore nonnulli dictum putant, vtpote qui, vt Maro ait, viridem Ægyptum nigra fœcundat harena: & æquora ab eo colorari Catullus inquit, nomēq; illi à limo, quem trahit, factum aiunt Etymologici, nam mare in longa inficit ſpacia, eaq; de caufa Melas olim, & mox Melon appellatus Ennio, Aufonio, & alij: idq; etymon in nomine a nigrore Feftus & Seruius agnouere.

ALTA COGITATIO.

Non defuere tamen qui Aquilam huiufmodi Promethei cor adrodentē, ad mores trahere conarentur, ac profundæ cogitationis principem fignificare contenderent. Sed ne diutius in Prometheo hæſitemus, quæ noſtri fuper Aquila fenferint, potius aperiamus.

xvi Sic, en el original.

xvii Idem, de difficil lectura.

xviii Idem.

[142, A] **DIVVS IOANNES.**

Sanè homines cùm folam auium omniũ Aquilam effe diuinam autument, & antiquitas eam Ioui tela geftare crediderit, inde perfuafi funt, quòd eam omnium maximè oculo valere confpexerant, longifimo'q; interuallo minutifima quæq; difcernere, Homeri ad hoc accedente teftimonio, ita dicentis:

Ἰὼάνης ἀκροῦς ὀφθαλμοῦ φασίας
 ὁφθαλμοῦ ἀκροῦς ὀφθαλμοῦ φασίας. xix

Ut Iouis ales,

Cuius acutam aciem perhibent præstare volucres

Ante alias, quotquot celo spatiantur aperto.

Et hymno Mercurij, vbi Apollo de Mercurij occultatione loquitur, qui ita latitaret, ait, vt neq; ipfum vel Aquila, quæ tam acutè videt, infpexiffet. Hinc Theologi noftri D. Ioannem Euangelij fcriptorem per Aquilæ hieroglyphicũ à diuinis illis vatibus præmonftratu deprehendè. Sanè Aquilam (vt nomen etiã interpretemur) ab acutè videndo dictam nonnulli ex veteribus afferunt, vt po[B]te qui Aquilam quafi aculam ab acumine dictam velint: quamuis, vt paulo antè dicebamus, aliq ab aquilo colore vocem ducant: eft enim aquilus color fufcus & fubniger, ab aqua denomiantus. Vtcunq; autè, acutifsimi vifus Aquila eft Ioannes, qui oculi acie in altifimæ diuinitatis receffum directa, præ omnibus maximè fuperioris naturæ fecreta reuelauit: cuius facies Ezechielii vifa fupremum ex quatuor locum obtinere: qui ab abolendam Abionitarum hærefim, quæ Chriftum hominem tantum, non Deum etiã affeuerabat, ad altifima remotifima'q; rerum principia præpetibus euolauit pennis, de'q; penitifimo diuinitatis nido nitidifimas ac maximè pellucas illas gemmas furripuit, quæ poftmodum intuentium oculis quantumlibet conniuentibus hallucinantibus'q; micantifsimi luminis claritatem attulere. Illic enim erat lux vera, quæ fola lumen mortalibus elargitur. Hic ille deprehendit humanarum diuinarum'q; rerum omnium ἡλόγος^{xx} initio fuiſſe, atq; penes Deum, ipfum deniq; illa Aquilæ volitantis effigies, [C] diceret Irenæus, quam facri præuidere vates, quæ Ioannis noftri beneficio, fpiritus in Eccleſia aduolitantis gratiam manifeſtat. Nam hic altè exorſus principium, quod à patre eft, effigiem Verbi, quæ refertur in filio, & præclarã eius generationem enarrat, tant cum fiducia rem tam arduã aggrefſus, vt Aquilæ fymbolo meritò figuretur: Ioannes inquam ille altiloquus, q̄ Aquilæ referatur hieroglyphico, ipfa fuceptæ lucubrationis materia fublimis, ait Eucherius, & ab ipfo rerum principio repetita, in caufa fuit. Proinde cùm volatu fublimi in ipfam Dei omnipotentis aulam elatus fit, & oculorum aciem vifu præpollens in admirandæ diuinitatis faciem infixit, doctrinam nullo antea mortaliũ ingenio conceptam ab algo detulit, cuius initium, In principio erat Verbum.

STATVTA FIRMITER SEDES.

HOc quoq; facerdotũ Ægyptiorum hieroglyphicum fuit, per Aquilam, quæ faxum geftaret, hominem fignificare, qui firmam ftabilem'q; in ciuitate, locòve aliquo, fedem fibi poſuiffet: illa enim fimulac nidum fibi comparauit, quòd poſſit firma & inconcuſſarem fuam procurare, lapidem quempiam exquirat, quem in nido pro libramento collocet: neq; aliã huius rei caufam facerdoes illi tradidere, fatiſ habentes conſtructi nidi firmitatem per huiufmodi argumen[142-a]tum indicaffe. Nam & firmandis nauibus, priufquam anchoræ vfus repertus ef[D]fet, id opis faxa contulère, id quod Apollonius Argonautas feciſſe ſcribit: vt minimè mirum fit, faxum, etiã in Aquilæ nido poſitũ, inferuire ftabilitati. Cæterum lapidem hunc eum effe credere poſſumus, qui ἀλίαν^{xxi} appellatur, Aquilinũ Latini dicunt, ad multa remedia vtilem: ad'q; id præcipuè, quòd partum contra omnes abortuum infidias coftodit. Idem muliebribus feminibus adalligatus, quotidiano experimento miricè prodeffe, pariun di'q; facilitatem inducere cõperitur. Eo incenſo morbum Herculaũ, hoc eft, furorem qui pleunq; ex atrabili accidit, qua potifſimũ Herculem laboraffe tradunt, explorari putant. Inædificari nido afferunt autores noftri, nihil igne deperdere, prægnantem effe, alio velut in vtero fonante. Sed vim illam medicam non nifi in nido direptis pollere, magorum tradit fupertitio. Neq; tamen in omnium generum nidis inueniri, fed in Melçnaëti tantum, Pygargi, Morphni, fiue vt Homerus, Percni, atq; Gnefij. Duas verò Aëtitis ſpecies agnoſcit Zoroaftres: vnũ denſum & folidum, alterum rarum & inanem: ineffe'q; folido vim illam perficiendi foetum, & vfque

^{xix} Idem.

^{xx} Lógos, cfr. la parte final del mismo párrafo, y Evangelio Según S. Juan, I,1. (N. del Trans.)

^{xxi} Sic, de difícil lectura.

ad partus debita tempora continendi. Occurrebant hîc multa fuper lapide fignificata, quandoquidem ex eo ab Aquila in nidum collocato, rerû ftabilimentum Ægyptij fignificare commenti fuerant: ea'q; firmitas ad Capitolij immobile faxum referenda videbatur: quæq; veteres pafsim de cultu lapidis fanxiffent: vt'q; vel nomen ipfum magni inftar numinis aliquando habitum: quæ'q; hîc pietas noftra de petra fentiret: fed quoniam nobis cum Aquila res erat, quæ lapidis effent, in commentario quod eft fuper ædificiorum partibus, transferre, ibi'q; commodius de argumento huiufmodi differere cõfuituimus, cùm multa adhuc ad Aquilam pertinentia fupereffent.

TERRARVM DOMINATIO.

ET vt longo circumuecti circuitu rurfus ad imperij fignificatû reuertamur, noftræ etiam facræ literæ per Aquilam terrarû dominationem intellexerût, vbi apud Ezechielem legimus, Aquilam vifendæ magnitudinis, quæ latè pafsis alis, immani'q; membrorû ductu, oppleta plumis, varietate infignis, vnguibus ferox & minabunda, præpeti volatu ad Libanum applicuerit, Cedri'q; inde medullam, tenellos'q; furculos euulferit, tota altiorû frondiû fummitate decerpta, [F] adhæc fuccifis etiamnû vitium feminibus, quæ omnia Babylona tranflata funt, ibi'q; fata. Neq; huic abfimilem alteram adiecere, quæ vitium earû plamites deprædaretur. Per priorem illam noftri aiunt Nabuchodonofora Babyloniæ Regem interpretati: per alteram hanc Ægypti tyrannum, quorum prior Hierofoflymam cepti, & populû cum Rege ipfo Sedechia principibus'q; alijs in captiuitatem abduxit: alter verò, cùm bellum aduerfus Affyrios mouiffet, Ifraëliticû populum feruitutis affectum tædio ad fe traduxit. In vtroq; Rege Aquilæ hieroglyphicum proponitur, fed longè latior interpretatio eft in ea quæ Nabuchodonofora defcribit. Alæ fiquidem diffufæ, numerosos indicant exercitus, quos ille fecum traxerat. Membrorum exporrecta longitudo, regni eius diurnitatem. Plumæ nihil alijs fibi volunt quàm diuitias, quibus locupletiffimus effet. Varietas plumarû, rerum ab eo geftarum gloriam indicat. Armorû horrorem, vngues. Libanus Iudææ claritatem atq; celfitudinem longa annorum ferie confpicuam, vnde ille medullam Cedri auulferit, quippe nobilitatem extirparit, & fummas quafq; frondes decerpferit, hoc eft, ne tenerimæ quidem Regum proli, ætati fcilicet infirmæ, pepercerit. Sedenim totam oraculi ænigmatici feriem [143, A] interpretatur Adamantius in eundem Ezechielem homilia vndecima.

AQVILARVM INSIGNIA QVÆDAM.

QVòd verò initio dicebamus Iuftinianam familiam aurea infignem Aquila, alios huc trahit ex anituq; quorum claritas geftaminibus huiufmodi innotuerit. Sed illud priùs dicam, quod difsimulandum in huiufmodi narratione minimè videatur.

TERRARVM VMBILICVS.

APud Delphos fcilicet duas fuiffe Aquilas ex auro, quod monumentû erat terrarum vmbilicû apud eos effe, quem Iupiter ea ratione explorauerit, vt Aquilas duas, vnam ab Oriente, alteram ab Occidète dimiferit, quæ pernici volatu in aduerfum allapfæ, fupra pythona factæ obuîa funt: quo loco defignato, declaratû eft tibi terræ habitabilis medium effe, is'q; honos geminis Aquilis habitus, vt in templo ibidem excitato, aureæ confituerentur. Atq; hinc illud innotefcit, quod in Maronianis appendicibus legitur:

*Pallas Cecropias tuetur arces,
[B]Delphos Pythius orbis vmbilicum.*

Ab Appoline autem ad Refpub. & milites trafire ipfo narrationis ordine inuitamur: ad eorum igitur infignia quædam oftendenda calamum conuertemus: gentilem enim fcutorum vfum, varias'q; in eis imagines, aut picturas, quæ familiarum indicant ftemmata, cognationes'q; tametfi viri haud quaquam contemnendi, effe hæc recentioris ætatis inuenta exiftimarint, nos antiquiffimi moris effe, & hîc & alibi toto Opere differuimus.

LACEDÆMONII.

NAmq; Aquila, quæ draconem arreptum geftet, Lacedæmoniorum rempublicam oftendit: huiufmodi enim figno literas illi publicè obfignabant. Tradit hoc Iofephus, vbi literas Lacedæmoniorum recitat Arij eorum Regis ad Hebræos Onia Pontifice datas, quarum fentêtia ea erat, vt profiterentur Lacedæmonij fe per Abrahamum Iudæorum effe cõfangueos, proinde gentem ipfam hortabantur, vt quæ Lacedæmoniorum effent pro veteri neceffitudine communia ducerent. Epiftolam eam Iofephus ait complicatam figura quadran[C]gula fuiffe, eo'q; obfignatam argumento, quod fuprà pofuimus. Quòd verò defignarit epiftolam fuiffe quadrangulam, alios atq; alios indicat complicandarû epiftolarû modos apud hos vel illos extitiffe: alij enim paginis, alij tabellis, voluminibus alij in vmbilicos complicatis fcibere confuerunt.

CLEARCHVS.

Clearcho autem Heraclienfium Tyranno, qui Iouis se filium dixit, in publicum prodeunti aurea Aquila velut argumentum generis præferebatur.

HERCVLIANI IUNIORES.

Eiusmodi coloris Aquila, quippe lutea, trunco infidens in parma luti fapphi rei, cuius marginè eodem colore, sed admodū dilutiore, circulus ambibat, Herculianorū iuniorū erat, qui sub Magistro militū Præfentiali militabāt, quod in antiquis quibusdam eius militiæ cōmentarijs inueni apud Maffæos Romæ.

HERCVLIANI SENIORES.

Seniores verò Herculiani cæruleā Aquilam alis vtrinque; pafsis habuere in rubra parma, cuius latus ambitus in margine lutei coloris erat, quæ nigra linea circumducta in partes duas æquidiftates diffecabat. Erant verò Iouiniani, fue, vt apud Vegetium est, Iouiani, atque Herculiani, Illyricæ legiones duæ, quæ fena [143-a] millia militū habebant, quos Diocletianus, qui se Iouē Latinè vocitabat, & Maximianus, qui pro Hercule se gerebat, cum ad Imperium peruenissent, pro merito virtutis ita nominibus à se inditis, appellandos censuere, eosque; cunctis legionibus prætulerunt. Tela verò illis erant plumbatæ, quos Manobarbulos vocabāt fcutis infertos, ijsque; opportunè iactis, hostes equosque; priusquam nō modo ad manū, sed ad ictum missiliū peruenirent, graui admodū percussione cōfauciabant, Imperatoresque; illi horū opera bella plurima cōfecerunt.

IOVINIANI IUNIORES ET SENIORES.

Iouinianorum autem qui Iuniores vocabantur, infigne erat Aquilæ apotheosis, redimiculo supra caput imposito. Ales ipsa natiui coloris in parma lutea, quæ rubro primū circulo claudebatur, inde altero fapphirei coloris toto margine complectebatur. Eius pectore autem Aquilæ aureus extabat umbilicus. Seniores verò purpuream gestabant Aquilam in parma cærulea, duoque; erant promargine circuli, ruber interior, exterior luteus.

QUARTODECIMANI.

Cærulei coloris aliquanto diluti Aquilam gestabant Quartodecimani, qui [E] sub Magistro militum per Thracas militabant. Ea verò ales in alba parma infidebat orbi cæruleo densioris luti, intra quem circulus ruber erat, à cuius medio aureus extabat umbilicus. Verum hæc fatis fuerit attigisse, ne opusculum vniuersum insignibus & gestaminibus faciamus. Hæc atque; alia pleraque; huiusmodi scriptores rerum memoriæ prodiderunt, quæ si profequi velim, nullus vnquam futurus sit modus: quare manum de tabula, fitque; iam super Aquila fatis superque; declamatum.

[Finis Lib. XIX]^{xxii}